

fecit , vel vendit , vel habet . *Balſ. Schol.* Digestum 7 . tit . 2 . lib . ix . eſt thema 7 . tit . 3 . lib . 60 . Basil . quod ait : Qui non occidit , ſed mortis cauſam prästiti (puta qui venenum pro medicamento , aut gladium furenti dedit ,) in factum , non autem lege Aquilia tenetur . Digestum 8 . eſt 8 . caput ejusd . tit . & libri . Similiter etiam 9 . dig . tit . 2 . lib . 10 . eſt thema 2 . cap . 4 . tit . 3 . lib . 42 . quod ſic habet : exceptis nominibus &c . mala etiam medicamenta , & magici , ſimilesque libri . &c . Digestum 35 . t . 1 . lib . 18 . eſt thema 3 . cap . 35 . tit . 1 . lib . 19 . Basil . quod eundem ad modum habet . Digestum 15 . tit . 10 . lib . 47 . eſt cap . 15 . tit . 21 . lib . 60 . Basil . quod eadem dicit , excepto quod conſtitutionibus teneatur , qui per astrologiam aliamve divinationem furem dixerit , qui non erat . Hoc enim in eodem capite non eſt poſitum , ſed in thema 8 . ejusd . capit . Digestum 2 . tit . 8 . lib . 48 . eſt cap . 3 . tit . 39 . lib . 60 . Basil . quod eadem fere dicit quæ in textu ſcripta ſunt .

Ibid . digest . 13 . qui vetita ſacrificia facit , lege (Cornelia) de ſicariis tenetur . Lib . 48 . tit . 19 . dig . 28 . venenarii dignitate prädicti , deportantur , reliqui capite puniuntur . Dig . 38 . qui amatorium , aut abortionis poculum ſine dolo dedit , ſi vilis ſit , in metallum damnatur ; ſi honestus , amilla parte bonorum relegatur . Sed ſiquis inde mortuus ſit , ſummuſ ſupplicium infligitur . *Balſ. Schol.* dig . 13 . eſt ejusd . lib . & tit . cap . 9 . quod eadem dicit . dig . 28 . tit . 19 . lib . 48 . non eſt poſitum in Basilicis . Dig . 38 . tit . 19 . ejusdem 48 . libri , eſt thema 6 . cap . 38 . tit . 51 . lib . 60 . quod habet , ut ſcriptum eſt .

Cap . 27. Generaliter autem de furtis tractat Tit . 2 . lib . vi . Codicis , & tit . 2 . libri 47 . digestorum . *Bal. Schol.* Titulus 2 . lib . 47 . digest . poſitus eſt in lib . Basil . 60 . tit . 12 . cap . 1 . ac deinceps .

Ibid . Qui ex incendio aut naufragio . &c . ut lib . 6 . Cod . tit . 2 . conſt . 18 . & tit . ix . lib . 47 . Plerumque fures criminaliter accuſantur , quemadmodum dig . 93 . ejusdem tituli , & cefſat dupli , aut quadrupli poena . Dicitur enim digest . 57 . ejusd . tit . , quod ſi quis furem tradat Prafe-